

The Electronic Manipulus florum  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Sapiencia uel sciencia h  
cum fonte primo

Qui thesauros effodit, terram reicit,  
foueam in altum facit, sedulus insistit,  
donec inueniat quod querit. Sic qui  
thesauros sapiencie inuenire desiderat,  
omne pondus terrenum a se reiciat, in se  
fossam humilitatis faciat, nec quiescat  
donec inueniat.

Glossa Ieronymi super illud  
Prouerbiorum II.: Si sapienciam  
quesieris quasi pecuniam et sicut  
thesauros effoderis illam.

**Et sicut thesauros.**

Qui thesauros effodit terram reiicit  
foueam in altum facit. sedulus insistit  
donec inueniat quod querit. Sic qui  
thesauros sapiencie inuenire desiderat.  
omne pondus terrenum a se reiiciat. in se  
fossam humilitatis faciat. nec quiescat  
donec inueniat.

*Glossa ordinaria, liber prouerbiorum,*  
2.4 (Biblia Latina cum glossa ordinaria,  
A. Rusch ed., Strassburg, 1480).